



Handwritten text on the spine, possibly a title or library mark, including the words "Hundert" and "fische".



Sammelband. Lex. 200

Sermo de Virtute excommuni-
cationis s: Martino Luther
Augustiniano a linguis
tercijs tandem
euerbera-
tus.



F: MARTINVS LVTHER PIO
LECTORI SALVTEM.

¶ Magna vere gr̃a mihi a dño ño Ihesu Christo collata videtur, vt verba mea solius, tam ingrata & odiosa sint multis, deinde nescio ī quot h̃ereses (ceu prothei quidā essent) secūda pene lingua transformentur, & nisi idem ip̃i dño ño Ihesu Christo, Apostolisq; om̃ibus atq; p̃phetis contigisse scirem, iam dudū desperās, silentiū essem, Nūc vero cū vrgeat officij mei necessitas, eo nitor, q̃ magis obediendū ē deo, q̃ hominibus, paratissimus officij & titulū docēdi relinq̃re. Si ita placet maioribus Eccl̃ie (.i. Christo) Sin retinendū est, dent veniam & boni consulant, qui volent, mei studij erit, om̃ibus virib⁹ sudare, vt Christus, Christum, Christo nunciet, & audiat. Hæc commemoro, pie mi lector, q̃ Sermonē quendā de Excommunicatione, feci ad populū Vuittembergensem, cuius vt ego prope sum oblitus, ita aduersarij miseri, sunt plus q̃ oportet, memores, interpretesq; rigidissimi, ne dicam iniquissimi, dabo itaq; operā, q̃tū sufficit memoria, vt sensa, si non verba totius sermōis, om̃ia in publicū exponā, vt probē, ea me docuisse, quorū neq; me poeniteat tractatorē, neq; piū auditorē, quid aut amici mei paraphrasi, aut pseudophrasi sua fecerint, aut faciant, det dñs, vt aliquñ videant & ip̃i, Amen, Vale.



C Debitū vobis Sermonem totiesq; pmissum
tandē aliqn̄ p̄soluo hoc ē/ de Virtute Excōmuni-
catis hodie dicendū ē/ qd̄ vt planissime in-
telligatis/ distincte p̄cedā.

¶ PRIMVM.

Videndū, quid sit excōmunicatio Eccl̄ie, & quātū vis vo-
cabuli valet. Excōmunicatio nihil est aliud q̄ priuatio com-
munionis, & extra communionē fidelīū positio. Est autē fides
liū cōmuniō duplex, Vna interna & spūalis, Alia externa &
corpalis. Spiritualis est, vna fides, spes, charitas in deū. Corpas-
lis est participatio earundem sacramentorū. i. signorum fidei,
spei, charitatis, quę tñ vltē dīt vsq; ad cōmunionē rerū
vius, colloquij habitatiōis, aliarūq; corpaliū cōuersationū.

Igitur sicut priore illa spūali cōmunionē, nulla creatura
pōt animā vel cōmunicare, vel excōmunicatam reconciliare,
nisi deus solus. Ita non pōt cōmunionē eandē vlla creatura
ei auferre, seu eam excommunicare, nisi solus ip̄e homo, per
peccatū p̄priū.

Hęc sn̄a patet, quia fidem, spem, charitatē, nulla creatura
pōt cōferre, vel auferre, iuxta illud Ro: viij. Quis sepabit nos
a charitate Dei? Et infra. Certus sum, q̄ neq; mors, neq; vita,
neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instātia, neq;
futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; pfundū, neq; alia
creatura, poterit nos separe a charitate dei, q̄ est in Christo Iesu
dño n̄o. Et i. Pe: iij. Et quis ē q̄ vobis noceat, si boni ḡmula-
tores fueritis?

¶ SESVNDVM.

Cōsequens ergo est, q̄ excōmunicatio Ecclesiastica, est dū-
raxat externę priuatio cōmunionis, scz sacramentorū, funeris
sepulture, publicę orōnis, deinde aliarū (vt dictū est) corpalis
necessitatis rerū & cōuersationū. Hęc em̄ sn̄a nota est, sic &
Paulus i. Corin: v. scribit. Vt non commisceant, nec cibū su-
māt cum eo, qui nominatur inter eos, fornicator, maledicus,
ebriosus, rapax &c. Et. ij. Tessā: iij. Si quis non obedierit verbo
nostro per epistolā hanc, notate, & non cōmisceamini cū illo,
vt cōfundatur. Sequitur, Et nolite quasi inimicum existimare,
sed corripite, vt fratrem. Hęc si non de excommunicatione
externa salua interna cōmunionē, dicta sunt, fateor me non
intelligere Apostolum Paulum. Et Ioannes epistola secunda.
Si quis venit ad vos, & non affert doctrinam hanc, nolite

A ij

*Excōmunicatio
quid*

*Sancti
titate*



eū in domū recipere, nec autē ei dixeritis, Qui em̄ dicit illi autē,
communicatur operibus eius malignis.

¶ TERTIVM.

Excommunicari, non est animā tradī diabolo, neq; priuari bonis Ecclesię, communibusq; orationib⁹ eiusdē, Hoc ex dictis abūde patet, quia manēte fide, spe & charitate, manet ꝑa cōio, & participatio oīm bonorū Ecclesię.

¶ QVARTVM.

Excommunicatio, si iusta est, significat poti⁹, animā esse diabolo traditā, & Ecclesię communione spūali priuatā, quia ferē super eum, qui peccato mortali seipm̄ priuauit communione charitatis, & diabolo sese tradidit, Sicut econtra reconciliatio: sacramentū ē & externū signum, interioris reconciliationis & communionis, Ideo verū ē, qd̄ excommunicatio ecclesiastica, non infert, sed ꝑsupponit aliquem esse in morte & peccato, i. vere excommunicatū spūaliter.

¶ QVINTVM.

Excommunicatio, sic est tꝑalis & corpalis, vt tñ ordinet, non contra, sed ꝑ communione interiore, vel repanda, si iuste lata fuerit, vel augenda, si iniusta fuerit.

Probat̄ hoc per Ap̄ ostol: ij. Corin: x. Agā scđm̄ ptātem quā dedit dñs mihī, nō in destructionē, sed edificatiōnē, hoc certe intelligo, qd̄ non possit destruere, sed tm̄ modo ædificare per Ecclesiasticā ptātem, Nam & illū fornicariū i. Corin: v. sic excommunicauit, & Satanę tradidit, vt spūs nihil omīn⁹ saluus fieret, & vt supra dictum est, Non existimandi sunt quasi inimici, sed corrigendi vt fratres, vt non perdantur, sed vt confundātur, Et vt audatius dicā, Nec Christus, vt homo, hāc habuit ptātem sepandi animas, sicut dicit Ioan: vi. Omne quod venit ad me non eijciā foras, Et iterū. Hęc est voluntas eius, qui misit me patris, vt omē qd̄ dedit mihī, non perdā. Et iterum alibi. Nō venit filius hominis perdere, sed saluare animas. Itē ad hoc est apertus q̄q; textus li. vi. de sen: ex: c. Cum medicinalis, qui valde est notabilis, dicēs. Cū medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, nō eradicans, dū tamē is, in quē lata fuerit, nō contēnat, caute ꝑuideat Ecclesiasticus Iudex, vt in ea ferenda, ostendat se ꝑsequi, qd̄ corrigētis fuerit & medentis. Hęc ibi. Cur non dixit, qd̄ perdētis & occidentis fuerit, sicut quidam desperati timent, imo quidam Officiales tyranni affectant: Igitur Ecclesiastica excommunicatio, est pium

Excommunicatio
quid

& maternū Eccl'ie flagellū, sup̄ corpus & res corpis impositū,
quo non trudit ad infernū, sed potius reuocat, & vrget ad sa-
lutē eos, qui ad inferna pperant, ideo cū summa exultatione
& reuerētia simul amplectendū, nedū patientissime ferendū ē.

¶ SEXTVM.

Illud solū & maxime oīm curandum est, ne excommunicatio
tā fidele salutis ministeriū, contēnatur, aut impatientius ferat,
quia non modo ppter p̄tatem Eccl'ie, quę per seip̄am semper
est metuēda, Sed etiā ppter piam huius p̄tatis opationem, &
salutis p̄prie p̄motionē, amanda. Sic simile, q̄ mater corri-
piat dilectū filiū, q̄nq̄ meritū, q̄nq̄ imeritū, Hic cōstat p̄m
esse flagellū, & filio salutare, Q̄ si ip̄e impatiēs maternę huius
discipline, non omiserit p̄hibitū, aut non fecerit iussū, Sed
furens in matrem insurgat, aut contēnat, Ecce tum incurret in
mandatū dei, vbi p̄cipit parētes honorari, & fiet, vt ex vnica
leuiuscula disciplina, q̄ sine peccato, imo cū merito erat, sibi
confler, detestabilissimā culpā & eternā p̄cā. Ita & n̄o s̄c̄-
culo fieri (heu miserā) videmus, vt officiales trucident, nota-
rios & n̄cios cēdāt, mergāt, captiuēt, aliaq̄ detestabilia por-
tenta committāt, q̄ nō facerent credo, nisi vulgata illa erro-
neaq̄ opinione, credent sese per excommunicationē, tradi in
damnationē, ac nō potius queri ad salutē, Hinc em̄ scelerib⁹
adijciūt desperationē, nouissimū oīm, horrēdissimūq̄ malo-
rum, Atq̄ hęc causa fuit, vt hūc sermonē meditarer, & nunc
ēderem q̄q̄, Q̄ iuste permittat hęc cēdem in officiales deus
vt qui hęc sniam salutis absconditā cupiūt, quo securius ty-
rannidē suam falso errore hominū stabiliant, tandem extre-
ma tyrannorum etiam patiantur.

Si vero populus huius p̄tatis & excommunicationis optimā
necessitatē & saluberrimam vim, ac non contra eos, sed p̄ eis,
valere, doceretur intelligere, minus ip̄i periculis, & quietiorē
obedientiā in populo haberēt, quin & gloriā & amorē ob-
tinerent.

Igitur, mi fratres in domino, nolite hęc portenta cogitare,
Sint Officiales vel publicani, huius potestatis, ministri, sint i q̄
boni, mali, qualescūq̄, non nocebit p̄tās ip̄a vobis, sed p̄des-
rit semper, siue sit in vsu vel abvsu, tm̄ modo recte feratis eam,
aut cū humilitate euadere seu solui q̄rite, Matrē intuemini Ec-
clesiā, Quid ad te, si virgā suā sup̄ te ponat p̄ manū indigni?
nihilomin⁹ Matris tuę dulcissimę virgā ē; & q̄dē saluberrima

A iij

*Copulario
Luzgoviana*

¶ SEPTIMUM.

Id poti⁹ aduerte, & oculos huc verte, ut illud magis, vel facias vel omittas, propter quod excommunicaris & flagellaris, quod quomodo virga non feras, sed huiusmodi omnia haec perversissima sunt, non quod velit, sed quid faciat duxat virga, consideramus. Quis est enim nunc inter nos, qui tanto timore, timeat deum offendere (pro quo utique solo excommunicamur, si iuste excommunicamur) quanto studeat excommunicationem vitare vel euadere? Ita fit, ut semper peccatas, etiam tam pias & bonas, plus timeamus, quam horrendissimas culpas, Et ad id, pro dolor, coopantur, tam minaces & imperiosi huius optimae praesentis ministri, rabule forenses.

¶ OCTAVUM.

Excommunicatione, non tamen pro fidei contumacia, sed pro quolibet crimine scandaloso debet ferri, patet hoc ex praedictis, ubi Paulus I. Corin. v. & ij. Tessa: iij. Iubet vitari etiam fornicarios &c. quod quod magna sit miseria, & huius potestatis iniuria, quod pro septima aut octava parte floreni, quoniam excommunicentur, relictis interim horribilibus & scandalosis criminibus impunitis, efficitur ad hanc tyrannidem colorandam, satis vafro commento, quod scilicet, non propter transgressiones, sed propter contumaciam excommunicentur, quasi non sit hoc crudele satis, quod pauperem pro tantillo pretio trahunt per tantum spatium, in tantas carnificinas suas, Sed haec alias.

¶ NONUM.

Id super omnia, & in istis omnibus considerandum est, quod praesentis Ecclesiae cum sit Christi praesentis, licet pro nostris peccatis plerumque tradatur Pilatis, Herodibus, Annis & Caiphis, violentisque alij tyrannis, nostrum tamen est, eam summis semper studiis reuereri & colere, exemplo Christi, qui sic Annam, Caipham, Pilatum honoravit, Ideo nec indignissimae eiusdem abusiones, nos debent pro mouere, quin quicquid ipsa fecerit, hilariter feramus, aut saltem cum reuerentia declinemus. Nam tempus nostrum periculosissimum est, ideo prudentissime oportet nos agere, ne propter personas, praesentem pariter vilipendamus, immo propter praesentem, etiam vilissimas personas honoremus. Sic enim iratus nobis dicit, dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Isa: iij. Atque id eo facilius efficiemus, quando cognoscimus, quod in anime profectum vel defectum nihil possunt, nisi occasionaliter & exercitiae & tentativae (ut ita loquar) agere.

¶ DECIMUM.

*In iniusta & iniqua
iustitia homo
suffragium pro
quod se non suffragari debet*

Excommunicatione iniusta, nobilissimum meritum est, ideo dulciter ferenda, si excusationi tuae humiliter praesentis, locus non fuerit datus. Hic enim dices illud ps. cvij. Maledicent illi, & tu benedices

tū vide, ne p̄tatem cōtemnas, vis p̄tatis p̄dest, cōtēptus vero
tēp̄det, Nā si filio (vt dixi) ī merito correpto, eo maior gr̄a
matris accedit. Postq̄ cognita fuerit eius innocentia patiens,
q̄tō magis apud deū maiore gratiam consequetur, si patienti
innocētia etiā a matre sua Eccl̄ia tulerit disciplinā, imo si ad-
uersario iubemur consentire, & benigni esse in via, quātō ma-
gis dulcissime matri Eccl̄ie, etiam si per indignissimos nos fla-
geller, ip̄a em̄ manet Mater, quia manet Eccl̄ia, manet aut̄ Ec-
clesia, quia manet Christus eius sponsus in eternū.

¶ VNDECIMVM.

In excōmunicatiōe iniusta summe cauendū, ne id deferas,
omittas, facias, dicas, p̄ q̄ excōmunicaris, nisi id sine peccato
fieri possit, Nā iusticia & veritas, cū sint de īteriore cōmuniōe
Eccl̄ie, non debent omitti propter excōmunicatiōem ex-
teriorē, etiā si ad mortē vsq; p̄cederet, quia sic pessime omniū
excōmunicaretur, si quis excōmunicari timeret, debet ergo
humiliter ferre, & mori in excōmunicatiōe, Nec timere qd̄ nō
accipit sacramentum Eucharistię, funeris ritum, sepulturas &c.
Hęc incompatibiliter minora sunt, q̄ vt iusticia p̄pter ea p̄dat,
Nā qui etiā iuste excōmunicatus, moritur, nō ideo damnabi-
tur, nisi forte non contritus, & cū contēptu excōmunicatiōis
moreretur, Contritio & humilitas om̄ia soluit & placat, etiā si
exhumeretur, aut ī aquas p̄ieciatur. Beatus aut̄ & b̄ndictus, qui
in excōmunicatiōe iniusta mortuus fuerit, quia pro iusticia
quā nō deseruit, etiā tāto flagello percussus, coronabitur in
eternū.

¶ DVODECIMVM.

Monendi tū sunt Pontifices, & eorū ministri, vt censuras gra-
uatim, & q̄ fieri p̄t, rarissime ferāt, Quia cū censura sit lex q̄dā,
Om̄is aut̄ lex sit virtus & occasio peccati, & sine gr̄a dei, lex nō
impleat, gr̄am etiā dei (.i. legis impletionē) dare ip̄i non p̄t,
Nihil aliud faciūt, multiplicādo leges & censuras, q̄ q̄ multi-
plicādoꝝ p̄tōꝝ & offensionū dei causas & efficaces occasio-
nes prestant, q̄ūlibet em̄ nos obedire tenemur eorū p̄ceptis,
multo magis tū ip̄i tenentur seruire nostris infirmitatibus.

M. D. XIX.

Censura quid

Jb 4787 ^a
—

ULB Halle 3
003 732 096


56







34.

Virtute excommunic
f: Martino Luther
finiano a linguis
cjs tandem
euerbera
tus.

